

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De pace Ecclesiis data per Philippum Imperatorem. Et quod Origenes
litteras dedit ad ipsum. Et quòd à Decio occisus est. Ode Diclos
Distrophos, Primvs versus Archilochius tetrameter, heroico & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Verbenas studio patrum,
 Solers posteritas quas creat aureas,
 Seruant dona tamen notam
 A luco veteri nomine Strenue.
 Prudent applicitas quoque
 Ludi forte feras Iona plurimas,
 Quæ donaria publica
 Nomen ducta trahunt Ionio mari.
 Pantheræ, tigrides, leo,
 Campos innumeris sanguine Martios
 Pardi, Linx, Aper imbuunt.
 Insumunt hominum prælia bestie,
 Id perpes faceret dies,
 Ludi parturunt om̄e genus suum,
 Totū rebus & artibus
 Vib⁹ annurjenij * celebrat sui.

† Concelebrat.

De pace Ecclesiæ data per Philippum Imperatorem.
 Et quod Origenes litteras dedit ad ipsum. Et
 quod à Decio occisus est.

O DE DICOLOS DISTROPHOS, PRIMVS
 versus Archilochius tetrameter, heroico & tribus tro-
 chæis constat, secundus penthemimere iam-
 bica & tribus trochæis.

Soluit acris hiems terfa niue persecutionis,
 Trabunt abundas præsules caternas.
 Cetiam nec gladius lictor micat, vstulator igni,
 Nec martyrum flos marces his pruinis.
 Sacra chorea deum laudat * pia gratulata pace
 Refertq; carmen lata Trinitati,

* fort. pia.

f 3

Quæ

Quæ fons est vita, triplex ubi vena gratiarum;

Duplo repensat simila dona nostra

Principis inuicti pietate gaudet omnis orbis,

Quiueant hinc mortis officinæ.

Criminibus demptis ergastula neminem tenebant,

Bonis & cudebant qui malis carebant.

Cæsar is exemplo cunctis data norma præualebat,

Profana demum iure deserenda,

Et cunctæ fidei gratae documenta consequenda.

Nec dum D E O se subdidit senatus;

Citamen edocitus scriptis piis Imperator almis,

Viri per omnes Græcias celebris

Origenis, adest cui copia prædicationis,

Vbiq[ue] cautos instruens fideles,

Se fidei sanctæ cum prole domoq[ue] subdit omni.

Probaratur * isdem litteras dedisse

Doctor ad hunc Regem, regnique comparem Seueram,

Recepta nomen cui fides nouarit

Mitius, indulgens illi Genouefa nuncuparis;

Opinio quod credit absque noxa.

Sed noscatur eodem nomine virgo Gallicana,

Nec nullus inter segregos obserret

Septies hic anno felice monarchiam gubernans,

Coronat urbem fascibus salutis,

Dum canos eius Christo venerabiles dicauit,

Superna regna pignorans eidem.

Clarior Augusti successibus idem Iulij,

Vterque quorum quæsiere terras

Viribus armorum totis, nece ciuium piorum,

Cruenta terris & mari trophea,

Sub celo tantum tristitenuere signa prona,

Supranil ausi, præter inclytam spem:

HEN[RY] C. A.
S. J.
tom. viii
S. IV
24

* idem

Istetriumphales aquilas super astra primus effert,
Herilis ausus incruentus auctor.
Gemibus excisis illi regionibus potiti,
Dedere iura, quo darent tributa:
Hic libertati dat perpetua iugo solutos,
Deum faceri quos docet perennem.

C A P L.

O Regum fortunatissime, et quater fauste,
Polum tenes iam septies beate,
Iuscaleste recepisti, tibi debet virgo honorem
In omne tempus lauds sempiterna.
Salu extulerat Reges sub opinione famæ
Aduicta quorum creuerat triumphis:
Quid dignum poterit tandem tibi gratia referre,
Noua dabit quam dignitatis arcem?
Turegni fines super æthera victor extulisti,
Reiq; tantum publicæ dedisti,
Quod prius in terris reptans, super astra verticem fere,
Prius per arua lata, nunc in altum crescit,
Robore deuincens omnes nisi se, peremerat se,
Tuo ducatu sit valentior se,
Qua princeps pacis sine sanguine nouit imperare,
Vt ante terræ, nunc potens polorum.
Quoferor, heu migrat quo gloria principalis illa!
Fugit caducis & petit perennes.
Inuidiam virtus diram comitem perosa liquit,
Et amula cor perforans abiuie.
Apernata polo super euolat ad patrem supremum,
Sedet quieta nec memor malorum.
Decus excellente viri probitate vulneratus,
Tyrrannicam vim colligit per armans.

Ac

Ac maiestatis caput imperiale mersit ymbriis.
 Deum fidelis spu iuu reuifit.
 Vrbs Verona patrem, cæsum manibus feri latronis
 Remisit astris, cælitus beandum.
 Nominis et regni par, filius eius vrbe Roma,
 Sinu parentis scilicet peremptus,
 Martyrij celsa comis sequitur patrem corona.
 Veerque palmam sic adeptus almam,
 Vrbi quæfios firmat patriæ lares supernæ,
 Habet perenni luce mansionem,
 Et titulum proprio de sanguine purpurante scriptum,
 Ibi reuelat curie beatæ.
 Quem Regi regum nunc pro populi salute pandit,
 Periclisq; consulit suorum.
 Ciuib; æquis testamento suo labore parta
 Perenniæ cui non finunt resoluti.
 Horum sceptrigera de stirpe resedit aureus flos
 QVIRINVS, infans septimum sub annum
 Ætatis crescens, & congenitus throno paterno,
 Sibi recondit hunc Deus pusillum,
 Seruans tutamen patriæ, misericordia dedit leuamen,
 QVIRITIB; qui dux fidei fuisset,
 Nobilium Romana tribus sequeretur ut propinquos,
 Fidesq; digno teste vera firmet.

De magna Decij tyrañide; Et quomodo B. QVIRINVS
 septennis, in morte patris fratrisq; Imperatorum,
 XX. annis postea sub sex regibus vixerit.

O D E T R I C O L O S T E T R A S T R O P H O S.
 Primi duo versus Asclepiadei sunt, tertius, Pherecratus
 constans, spondeo, dactylo, spondeo, quartus
 GLYCONIVS.

Quin

Henr. G. A.
 SS
 tom. am
 SIV
 24